Ibo intro et dicam te hic aſtare erotio
Vt te hinc abducat potiuſ q̄ hic adſtes foris
Men Iam ne abijt. edepol haud mendacia tua uerba
Mes Exterior ſis obſeruato modo nam iſtic meretricem credo
habitare mulierem ut quidem inſanus ille dixit q hinc abijt modo.
Men Sed miror q ille noverit nomen meum
Mes Minime hercle mirum|morem hunc meretriceſ habent.
Ad portum mittunt ſeruulos ancillulas
Si qua peregrina nauiſ in portum aduenit
Rogitant cuiatis ſit|quid ei nomen ſiat
Poſt ille extemplo ſe applicant adglutinant
Si pellexerunt perditum admittunt domum
Men Sane cenſeo. Mes nunc in iſtoc portu ſtat nauis
Predatoria abſqua cauendum ē nobiſ
Men Moneſ quidem hercle rectē. Mes tum demum ſciam
Recte monuiſſe ſi tu recte caueriſ
Men Tacedum parumper nam concrepuit hoſtium
Videammuſ qui hinc egreditur hoc ponam interim
Abſeruatore hec ſi uoltis naualeſ pedes.

EROTIVM. CHILINDRUS. MENECHINUS. Meſſenio

Sine foreſ ſic abi nolo operiri intus para
Cura inde quod opus eſt. Chi fiat
Ero Sternite lectos|incendite odoreſ|munditia illecebra aio eſt amantu
Amanti amoenitas|malo ſi nobiſ lucro eſt
Sed ubi eſt ille quem coquus an edis ait ee atq; eccum video
Qui mihi eſt vſui & plurimum prodeſ item huic ultro fit ut meret
Potiſſimus noſtre domi ut ſit nunc eum adibo adloquar ultro
Animule mi cur uideo te hic ſtare foris
Foreſ cui pateant magiſ q̄ domus tua. cum hec tua ſit.
Prandium ut iuſſiſti hic curatum eſt. ubi lub& ire licet accubitum.
Me Qui cum hec mulier loquitur. Ero equidem tecum. Men quid mecu tibi
Fuit unq̄ aut nunc eſt negocij. Ero quia pol te unum ex omnib;
Venus me uoluit magnificare|neq; id haud immerito tuo
Nam ecaſtor ſolus benefactis tuis me florentem faciſ
Men Certo hec mulier aut inſania aut ebria ē meſſenio
Que hominem ignotum compell& me tam familiariter

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 127r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/127r)